Bernardus Claravallensis: Sermones super Cantica canticorum. Add: Gilbertus de Hoilandia: Sermones super Cantica canticorum
Strassburg: Martin Flach (printer of Strassburg), 1497 Seite 97



atq̈ gloriosus nõ modo dignãter habi-
tat. sed ⁊ spaciose deambulat. Uides ne q̃
les in se habeat ecclesia celos. cuȝ sit nihil
ominus ipa in sua q̃dem vniuersitate in-
gens quoddã celũ extentũ a mari vsq̈ ad
mare: ⁊ a flumine vsq̈ ad terminos orbis
terraꝝ. Uides etiã cõsequenter cui ⁊ in h̃
ipso assimiles eã. si tamen nõ tibi excidit
illud quod paulo ante memoratũ est hu-
ius rei exemplar. de celo videlicet celi ⁊ ce
lis celorũ. Ergo exemplo illi⁹ que sursum
est mater nostra. hec quoq̈ que adhuc pe
regrinatur habet celos suos: homĩes spi
rituales: vita ⁊ opinione cõspicuos. fide
puros. spe firmos. latos charitate. ꝯtem-
platione suspensos. Et hi pluentes pluui
am verbi salutarẽ: tonãt increpationib⁹.
chorus cant miraculis. hi enarrãt gloriaȝ
dei. hi extenti sicut pelles super omnẽ ter-
ram: legẽ vite ⁊ discipline. digito quidem
dei scriptã in semetipsis ostendũt: ad dã-
dam scientiã salutis plebi eius. ostendũt
⁊ euangeliũ pacis. quoniã Salomonis
x sunt pelles. Agnosce iam in his pellibus
supernarũ illarũ imaginẽ. que in spõsi or
natu nõ longe superi⁹ describebãt. Agno
sce similiter ⁊ reginã astantẽ a dextris ei⁹
circumamictã similib⁹ ornamẽtis: nõ ta-
men paribus. Nam ⁊ si huic etiã in loco
peregrinatiõis sue ⁊ in die virtutis sue: in
splendorib⁹ sanctorũ. nõ minima clarita
tis atq̈ decoris est portio. differenter ta-
men illũ coronat integritas ⁊ cõsumma-
tio glorie beatorũ. Quamq̈ ⁊ spõsam di-
xerim perfectã atq̈ beatã: sed ex pte. Naȝ
ex parte tabernaculũ cedar: formosa tam̃.
siue in illa portione sui que iam beata re-
gnat. siue etiã in illustribus viris. quorũ
etiam in hac nocte sua sapientia atq̈ v̉tu
tibus tanq̈ celũ suis sideribus adornat̃.
Unde propheta. Qui docti (inquit) fue-
rint: fulgebunt quasi splendor firmamen
ti. ⁊ qui ad iusticiã erudiunt multos: qua
si stelle in perpetuas eternitates. O humi
litas. o sublimitas. Et tabernaculum ce-
dar: ⁊ sanctuariũ dei. ⁊ terrenũ habitacu-
lum. ⁊ celeste palaciũ. ⁊ domus lutea. ⁊ au
la regia. ⁊ corpus mortis. ⁊ templũ lucis
⁊ despectio deniq̈ superbis. ⁊ sponsa xp̃i
Nigra est: sed formosa filie hierusalẽ. quã
⁊ si labor ⁊ dolor longi exiliĳ decolorat. spe
cies tamen celestis exornat. exornant pel-
les Salomõis. Sin horretis nigrã: mi
ramini ⁊ formosam. Si despicitis humi
lem: sublimẽ suscipite. Hoc ipsum q̈ cau
tum. q̈ plenuȝ consiliĳ. plenum discretio-
nis ⁊ congruẽtie est. ꝙ in sponsa deiectio
ista ⁊ ista celsitudo ſm tempus quidẽ eo
moderamine sibi pariter contemperãtur
vt inter mundi hui⁹ varietates ⁊ sublimi
tas erigat humilem ne deficiat in aduer-
sis. ⁊ sublimẽ humilitas reprimat ne eua
nescat in prosperis. Pulcre omnino am-
beres cũ ad inuicẽ cõtrarie sint. sponse ta
men pariter cooperãtur in bonũ. subser-
uiunt in salutẽ. Et hec pro eo ꝙ spõsa vi-
detur de pellibus Salomonis inducere
similitudinẽ. Restat tamen aperiendus il
le super eodẽ capitulo sensus quem in p̃n
cipio cõmemoraui ⁊ promisi qualiter vi-
delicet tota ad solam nigredinem similitu
do referatur. qua quidem non estis pmis-
sione fraudandi. Ceterũ id differendũ in
aliud sermonis principiuȝ. Tũ quia hoc
iam hui⁹ flagitat longitudo. tum etiaȝ vt
preueniat ex more oratio ea que in laudeȝ
⁊ gloriam sunt referenda sponsi eccl'ie Je
su christi domini nostri. Qui est deus be
nedictus in secula seculoꝝ. Amen.

Sermo. xxviii.

Tenetis credo y
cuius ⁊ q̃b⁹ Salomonis pel
libus decorem sponse sentiam
comparatũ. si tamen ad ostensionẽ com-
mendationẽq̈ referatur decoris: data ex
his similitudo. At si ad nigredinẽ magis
referenda putet sicut ⁊ illa de tabernacu-
lis cedar. nõ equidẽ aliũde occurrit mihi
quicq̈ de pellib⁹ hui⁹ salomonis. nisi q̈s
forte rex in vsum tabernaculi soleret assu-
mere: si q̃n in tẽtoriĳs habitare liberet. q̈s
vtiq̈ (si que tamẽ fuerunt) obscuras sine
dubio ⁊ tetras esse necesse fuit: tanq̈ que
quotidiano forent exposite soli ⁊ frequen
tium iniuriĳs pluuiarum. Neq̈ id frustra
sed vt is qui intus repositus erat ornatus
nitidior seruaret̃. Hoc exemplo spõsa nõ
negat nigredinẽ sed excusat. nec pbro du
cit qualemcũq̈ habitũ quẽ charitas for-
met. iudicium veritatis non improbet.
Deniq̈ quis infirmatur cum quo non ĩ-
firmetur? quis scandalisatur ⁊ nõ vritur?

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-317/0097
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt